

**Programma Quo ad Collegii Disputatorii In Formulam Concordiae XXIV.
Disputationibus, Per totidem Hebdomas, auxiliante Divini Numinis gratia, in
Auditorio Maiori, publicitus absolvendi, Velitationes Amicabiles, Magnificum
Academiae Dnm. Rectorem ... qua fas est humanitate, & quanto potest opere
maximo observantissime atque peramanter Invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn736014721>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1685

Wolff, Franc.

PROGRAMMA,
Quo ad
COLLEGII DISPU-
TATORII
IN
FORMULAM
CONCORDIÆ

XXIV. DISPUTATIONIBUS;
Per totidem Hebdomadas, auxiliante Divini Numi-
nis gratiâ, in AUDITORIO MAJORI,
publicitus absolvendi,

VELITATIONES AMICABILES,
Magnificum Academiæ Dnm. RECTOREM,
Utriusq; Reipubl. SENATUM amplissimum, ce-
leberrimos D n n. PROFESSORES : famigeratissimos
Omnium Facultatum Doctores, Nobilissimos Dnos Licentiatos,
Verbi Divini Ministros venerabiles, Clarissimos artium Magistros, Fulgi-
dissimorum Dominorum Studiosorum Præsentiam , omnium de-
niq; Concordiæ Pacisque amantissimorum benivolam
aurium operam


Suo, COLLEGIIQUE Nomine
q̄a sas est humanitate, & quanto potest opere, maxima
obseruantissime atque peramantur

INVITAT:

FRANCISCUS WOLFFIUS

Th. D. & PP. ad D. Mariæ Pastor.

ROSTOCHII,
Tunc 10H. WEPPLINGI. Acad. Trinacri. 1685.





Esideratissimo Concordia Bono nihil
qvicquam præstabilis, nihil humano generedignius, nihil
Christiano homine cōmendatiq aut excogitari aut depræ-
dicari potest. Qvo hodie proh dolor rarius, eò certè red-
ditur carius. qvo superciliosus à maleferiatis despicitur,
eò majori veneratione, veritate comite, à bonis su-
spicitur; qvo contentiosius negligitur, ed intensius ab iis,
qui amore DEI & proximi flagrant, diligitur. Conten-
tionum nunquam terminandarum reciprocationibus delectentur, qvotqvot
Vatinianis saginantur odiis, & instar pyraustarum sive pyrioniorum in
flammis discordiarum vivunt atque pascuntur; bonis certè omnibus veri-
tatis pacisque osculo nihil delectabilius, concordia nihil pulchrius, chari-
tate nil jucundius, Unitate Spiritus εὐαγγελίου της εὐηγγέλης nihil qvic-
quam divinius aut desiderabilius. In laudes tanti boni effusissimi ruunt Gen-
tiles, Spiritus Pacis aliás expertes. In ejus amores sollicitant οἱ μανάειοι
οἱ σηγνομοι. ejus memoriam trabali quasi clavo Christianorum pectori-
bus desigunt sacræ literæ, summamque necessitatem, qui totus Amor est JE-
SUS CHRISTUS, Salvator & Servator noster, sub Encomio etiam novi, siq;
præcepti Joh. XIII. v. 34, instillat & inculcat. *Virtute dilectionis*, ut cum
Gregorio loqvar, ut DEO nibil pretiosius, ita extinctione charitatis Dia-
bolo nibil est desiderabilius. Micipsa, qvondam Numidarum Rex, ipsa ex-
perientia magistrā, ætate confectus, cum sibi, teste Salustio in bello Ju-
gurthino, finem vitæ adesse intelligeret, advocatis amicis & cognatis, co-
ram Atherbale & Hiempse filiis, & Jugurthā ex Mastanabale fratre nepo-
te, con ordiam optimum regni præsidium maximo qvo poterat opere
commendaturus. Concordia, inqviebat, *Res PARVÆ CRESCUNT, Discor-
dia maxime dilabuntur.* Qvæ inter se conjuncta omne fractionis pericu-
lum elidunt, ea dissoluta & disjuncta facili negocio dissipantur, enervantur,
perduntur. Hoc ut repræsentaret nonnemo, pinxerat ingentem ex can-
dentibus

dentibus accumulatam carbonibus piram, calorem, combustionisque vita
undiquaque diffudentem, cum hac epigrapha: EXTINGVIMUR, SI DI-
STINGVIMUR. Diurnior certe conjunctorum virtus, vita, calor; dis-
junctis certissima mors imminet, supererunt carbones, ut habet proverbium, pro thesauro. Scilicet Omne quod est, tamdiu manere atque
subsistere solet, quamdiu est unum. Sed interire atque dissolvi pariter,
quamdiu esse desit, ut verè loquitur Boëtius lib. 4. de consol. Qvod
aureum Princeps ille Pacis gloriosissimus DN. JESUS CHRISTUS & suo
calculo comprobatur apud Matthæum Cap. XII. commate 25. Omne, ait,
regnum divisum adversus se desolatur, & omnis civitas aut domus divi-
sa adversus seipsum, non stabit. Cujus vestigia accuratissime sequitur Ma-
gnus ille gentium Apostolus ad Galat. V. v. 15. Quod si ait, alias alium
vicissim mordetis & devoratis, videte, ne vicissim aliis ab alio consu-
mamini. Adeò fixum firmumque illud Pöetæ :

Nulla salus bello, Pacem te poscimus omnes.

Fatetur idem versatissimus in Republicâ plurimorum Dominâ, Tullius, qui
calamo, ipsâ pariter experientiâ & cerebro tincto, interrogat: Quæ do-
mustam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odios atque dissidiis
funditus possit everti? Qvod ipsum, ut animo non minus quam oculis
octoginta filiorum suorum subjiceret, intimisque medullis penitissime de-
figeret Scilurus, diem quondam obiturus supremum, colligatorum fascem
hastilium, Plutarcho autore, singulis ipsorum obtulit, ut in eo frangendo
suas quisque vires experiretur. Qvod cum irrito prorsus conatu sive ten-
tandum sive tentatum esset, mox eadem hastilia singulatim educta nullo
posse negocio confringi, clarissimo edocuit exemplo, demonstratus,
quamdiu adamantino concordia vinculo conjungerentur, ipsos lartos teatros
que ab interitus periculo futuros; eodem verò ablato, cuilibet non tantum
injuriae, sed praesentissimo etiam exitii periculo singulos fore quam paten-
tissimos. Non absimile ἐγγύη Polydorus Vergilius in proverbiis tribuit
euidam Cungivitâ Tartaro, qui duodecim, quibus abundabat, filios mortivincinus
ad firmissimum animorum consensum exhortaturus, in unum fasciculum com-
pingenda curavit duodecim tela, in quo frangendo singulos in orbem se
exercere, cumque impares huic negotio, à singulis singula frangi jussit, fa-
cillimo felicissimoque successu, & inde periculum, ipsis qvod ex usu esset,
capere voluit. Idem ratus Antisthenes apud D. Laertium, concordiam
Fratrum qvovis muro firmius monumentum esse contendit. Et cui tan-
dem eruditorum latet ille, de membrorum corporis humani consilio, ad
illustrandum hoc, qvod explicamus, argumentum, ingeniosissime depon-

ptus apolodus. Illa hactenus amicitiam pacemque coluerant firmissimam, qvilibet optimè suo, cui præerat, defungente officio, unde commoda in universum corpus redundabant longe maxima. At enim verò rupto pa-
cis fœdere conspiratur in unum, bellum indicitur intestinum ab omnibus ventriculo, singula ei subtrahunt officium, clauduntur aditus, intervertitur comeatus, fame premitur & tantum non opprimitur ventriculus. Mox ad hujus defectum serpit malum, corripit proxima, deficiunt singula, ferò resipiscunt phryges, convolant in communia de omnium salute comitia, pacis redintegrantur consilia, æternatura icuntur fœdera, & sic postli-
minò ex concordia reduce exulans hactenus singulis redditur desideratis-
sima felicitas. Scilicet extremum omnium malorum discordia, hæc illa
infernalis Alesto

cui tristia bella,

Iraeque, insidiaque & crimina noxia cordi.

Hæc illa de qua Poëta graphicè.

Tu potes unanimis armare in prælia fratres,

Atque odiis versare domos : tu verbena tectis

Funereasq; inferre faces : Tibi nomina mille ,

Mille nocendi artes.

Nolim hēc attexere fabulam decantatissimam fratribus Cadmæorum, quo-
modo hi postquam Cadmus monitu Palladis

Impresso sulcum patefecit aratro

Sparsit humi jussos mortalia semina dentes

Inde enati mutuis vulneribus in propriam præcipites acti perniciem, suoq;
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres,

Uti canit Ovidius. Longè clariora & veriora suppetunt quæ hisce lucem
affundere possunt. En tibi navem, quæ quamdiu integra, nec mare per-
timas imbibit, felicissimè decumanos, ventis m. æqvora miscentibus, atraq;
nocte ponto incubante, superabit fluctus, incredibiliq; spacioſifimos O-
ceanii campos celeritate per volitando, portum desideratum subibit. Ce-
terum si iniq; sorte fatiscat, rimis dehincentibus, maria ingurgitet, aut
brevibus Syrtibusq; disrupta adhærescat, ilico funestissimo peribit naufragio,
seqve omnesque, qui eadem vehuntur, profundissimo submerget exitio.
Tantum scilicet malorum firma partium benè cohærentium compages aver-
runcare, luxatio verò accelerare potuit. Et certè Reipublicæ navis quam
florentissima, si intestinis motibus quassata, lateribus hiantibus & patulis,
discordiarum fluctus fugat imbibatq; non potest non intestino hoc onere
fidere & submergi. Concordiae tanta virtus, ut ejus vinculo accedente
minima quæque fiant maxima, & quæ omnino nihil valebant, ingentis ili-

co valo-

eo valoris esse deprehendantur, eo verò sublato, quæ maximis erant valo-
ris, protinus in nihilum relabantur. Cape sis exemplum in Siphrarum
barbararum notis, quarum hodie frequentissimus usus. Hæ quondam à Per-
fis I. Indis inventæ, ab iis ad Arabes, ab his ad Mauros, & inde porrò
ad Hispanos ante annos circiter quadringentos pervenerunt, quiprimi inter
Europæos hinc figuris sunt usi. Inter has quid nullæ (o) quam vocant,
inanis, cum nec ad millesimam unitatis portiunculam omnis ejus valor
ad surgere possit? quis minor unitate numerus? modò digna habeatur
unitas, quæ vel infimum inter numeros locum inveniat, cuius potius prin-
cipium audire solet, si ex ingeniosissimi Euclidis mente numerus dicatur esse
Τὸ εἰς πεντάδας συγκέπειν τὸ οὐδὲ τὸ : Ex pluribus unitatibus constituta
multitudo. Pingantur vel millenæ Nullæ, adjecto hoc lemmate: ADDI-
TO MINIMO FIET MAXIMUM. Elegantissimum Concordiæ emblema
repræsentabitur, incredibilis divinæ ὁμοφερσύνης non tam adumbrabitur
quam vivis coloribus exprimet virtus. Quanti quæso valoris tot Nulla-
rum se solis accumulatarum multitudo? nullius arbitror. Præfigatur verò
illis minimum numerorum, sola unitas, principium tantum numeri, & emer-
get protinus infiniti Valoris summa. Concordiæ è rebus etiam florentissi-
mis ablata, quod remanet, nullius erit momenti, hac verò tanquam anima
concatenante minima & adunante, res ante nullius, mox maximi reputa-
buntur valoris atque momenti. Quod ipsum non obscurè Patres Socie-
tatis, quam vocant, JESU præ se ferunt, dum Magnetem exhibent, complu-
reis annulos longa serie catenæ instar sibi mutuo affixos attrahentem, sub
hac epigraphe: ARCANIS NODIS. Certè vires suæ Societatis ex con-
stantissimâ animorum, occultaque affectuum, consiliorumq; harmoniâ &
sympathia hauriri, pendere, enutri, & auctitari subinnuunt. Utinam ve-
rò omnium Christianorum pectora instar annulorum arcans charitatis fra-
ternæ nodis magneticâ vel potius divina virtute conjungerentur, & in
DEUM Annulorum attractorum instar ferrentur, ab eo penderent, & in eo
unirentur. Ea quippe demum vera dicenda erit concordia, quæ inter bonos
mutua charitate inter se colligatos, & in uno DEO unitos intercedit.
Malos inter se si quæ conglutinata videtur, non nisi personato vultu speciem
divinæ hujus virtutis mentitur. Scitum hanc in rem circumfertnr Musonii
& Sopuṇjūatior. Sicut, ait, lignum rectum cum curvo non convenit, ita
nec boni cum malis; & sicut duo ligna curva inter se convenire nequeunt, ita
inter improbos concordia esse non potest. Quid enim commercii interce-
dere possit luci cum tenebris, Christo cum Beliale? veram commendō
veritatis, justitiae, pacisque osculo amplexibusque nobilitatam concordiam.

Roma-

)

Romani qvondam, qvorum tamen vanitatem non immerito ridet & perstrinat Augustinus I. 3. de C. D. cap. 25. Concordiae Divae aliquot aedes dedicaverunt : eodem die teste Hospiiano, tribus Diis , qvos finxerant , Jano, Concordiae atque Saluti rem divinam fecerunt. Horum sacra junxerunt citra dubium, qvod putarent, ex Prudentia, qvam bifronti Jano vendicabant, generari Concordiam, & hanc demum veram salutis publicae genitricem eluere, Amphion in Cithaeronē educatus Poëtarum carminibus inclitus, testudine dicitur a Mercurio accepta taxa ad murorum Thebanorum constructionem svavitate cantus attraxisse, unde Propertius.

Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem,
Sponte suā in muri membra cōisse ferunt,
Et Ovid. Saxa tuo cantu, vindex justissime matris ,

Fecerunt muros officia novos.

Crediderim hāc fabulā adumbrari hunc virum mellifluis sermonibus hominum saxeorum qvāsi pectora ad societatem & concordiae vinculum vocasse, & ita horum pacis vinculo conjunctorum ministerio civitatem moenibus circumdedisse. Civium concordia, judice Agesilao, Spartanæ qvondam civitatis mœnia. Christianorum concordia Ecclesiae militantis firmissima mœnia. Multitudinis credentium, ut habent Actus Apostolici, unum erat cor & una anima. Utinam in multis Christianorum corporibus non essent hodie multæ animæ, utinam multa heic forent corpora, & non multa corda. Utinam omnium corda Christianorum in unum essent colligata cum hac inscriptione : UNUM IN DEO. Nam ut loquitur alicubi Rupertus, cum contra malignos Spiritus Spiritualis certaminis aciem ponimus, summoperè necesse est, ut per charitatem semper uniti atque confricti, & nunquam interrupti per discordiam inveniamur ; qvia quamvis quilibet bona in nobis fuerint, si charitas desit, per malum discordia locus aperitur in aie, unde ad ferendum nos valeat hostis intrare.

Atque hāc est illa necessitatis ratio, qvæ stimulos subdidit qvondam Augustissimi Electoris Saxonici AUGUSTI animo, ut omnium primus Pacis concordiaeque consilia augustissimo pectore verlaret, delinearet, omnesque hortaretur, ut stuperent servare unitatem Spiritus per vinculum charitatis, sicut loquitur Apost. Eph. IV. v. 3. Miserrime Protestantium Ecclesia ab obitu Megalandri Lutheri per 30. annos variis contentionum litiumque lacraberatur & affligebatur dividijs. tentabantur varia, adhibebantur huic malo serpenti alexipharmacæ, sed superante mali vi, irrito hactenus conatu, præsens Ecclesiæ illorum temporum facies deturpata, adversariis in sinu gaudentibus, ad deridendum qvāsi propinabatur, metuebantur qvæque graviora.

Loqua-

Loquatur ipius Serenissimi AUGUSTI autographon. Was die Uneinigkeit unter den Theologen in diesem Land und an andern Orten gutes gewirkt/ giebt leider die Erfahrung. Und ob ich wohl gehoffet, es sollte unser Herr Gottes irgends Mittel geschickt oder gegeben haben/ so hat man doch auf dem Colloquio zu Altenburg wohl gesehen / was für eine Einigkeit sich bey ihnen ereignet. Und ob wohl billich eine jede Obrigkeit Schew tragen sollte / sich unter die verwirrete Gemüther der Theologen zu wagen/ so habe ich doch bey mir die Vorsorge/ da von allen Theilen (weil kein Pabst unter uns ist) die Obrigkeit nicht selbst bey Zeiten drein greift/ es würde keine Besserung/ sondern mehr Schaden und Nachtheil/ so unsre Nachkommen mit Schmerzen erfahren würden/ davor aus zugewarten seyn. Spes omnis alia redintegranda Concordiae de- collabat. Unde idem Serenissimus Concordiae proxeneta : Ob ich wohl auff mancherley Meinung gedacht/ so sehen mich doch die Sachen fast schwer/ und schier unmöglich an/ einige Einigkeit unter uns/ die der Augspurgischen Confession seyn wollen/ anzurichten (ob multiplicata per ditiones varias alia atque alia corpora doctrinæ) Durch welche nicht allein viel Leute irre gemacht/ sondern die Gemüther unter den Theologen gegen einander also verbittert/ daß sie je länger je weiter von einander kommen/ und ist sich leider zubefahren/ da nicht in Zeiten dawider gerachtet/ das durch solche Verbitterung und Verwirrung der Theologen/ wir und unsre Nachkommen/ welches doch Gott allergütigst verhüten wolle/ würden in kurzer Zeit ganz und gar von der reinen Lehr abgeführt/ und durch solches Gejänck dieselbe verlieren müssen. Solchem nun vorzukommen --- Dieweil ich mir keine Hoffnung machen kan/ auf vorhergehenden Geschichten und Erfahrungen/ daß die Theologen (leider Gott sey es geflaget) durch einig Colloquium oder andere Conventus / sich mit einander zu versöhnen/ zu vergleichen/ noch einer den andern rechtschaffen zu hören möchien zu bewegen seyn/ viel weniger einige Einigkeit unter ihnen zu vermuten / illud præcipue ad deliberandum fuit præpositum , an non ex omnibus unum corpus doctrinæ formari posset ad duclum A. C. cui omnes A. C. addicti subscriberent, & ad quod lese conformandum omnes & singuli adstringerentur. Ita jacta sunt Concordiae ineundæ fundamina. Unde rursum augustissimus AUGUSTUS anno 1575. Ich suche hierinne nichts anders denn Einigkeit/ der Lehre und Theologen. Gott verleihe dazu seinen Segen und Gnade Amen. Tandem variis impedimentis difficultatibusque per Dei gratiam superatis publicam lucem Ecclesiasticam anno 1580. vidit evanescere illud tot votis desideratissimum, FORMULA CONCORDIAE, ipso quidem, juxta nonnullos, Concordiae, B. Luthero quondam fatali, die, utriq. natali, juxta alios vero ad diem 25. Junii, quo ante annos quinqvaginta, & ipsa Confessio, Augustana Imperato-

peratori Carolo V. fuit exhibita & publicata: omnium qvidem primò in lingua Germanicà, post verò autoritate Illustrissimi principis Wurtenbergici, à Dn. D. Luca Osiandro civitate Latina donatum.

Et hoc ipsum CONCORDIÆ consensusq; symbolum animos qvorundam Nobilissimorum Clarissimorum atque Florentissimorum Studiosorum tanta dulcedine permulsit, ut nihil prius nihil antiquius ducerent, quam ut (absolutis per qvosdam jam LII. Disputationibus privatis in AC) in publicum sui consentius testimonium se hujus Henotici promachos sub Nostro præsticio publice profiterentur, Nomina Dnorum Commilitorum, secundum etates Academicas, prout eæ conjectari potuerunt, festinante calamo, & Ecclesiæ missis Lutheranæ, & eruditis, bonisque ad omnibus commendamus, ac seqventi indiculo publicamus,

M. JOHANNES MATTHÆUS POLEMANNUS, Luneburg;
JACOBUS RISSEN, Rhodâ - Waldecco - Westphalus.

SAMUEL BECKE, Thuringus.

JOHANNES HENRICUS CRAMERUS Svertâ Westphalus.

JACOBUS ALBERTUS ZASTRO Cam - Pomeranus.

CHRISTIANUS PRIESTAFF, Zednicensis Marchicus.

LEVINUS DECKER, Rostochiensis.

JULIUS ENOCHUS ROLOFFS, Pantlizensis Pomeranus.

DANIEL SCHRAMMIUS, Zednic, Marchicus.

LUCAS BESELIN, Rostochiensis.

ZACHARIAS CORDES, Rostochiensis.

Favete nostris studiis, Magnifice Dn. RECTOR, vosque PATRES & SENATORES utriusque Reipubl. gravissimi, Dn. PROFESSORES, DOCTORES, atque LICENCIATI Nobilissimi, Verbi Divini ANTISTITES gravissimi, PHILOS. MAGISTRI Clarissimi, universa Dnn. STUDIOSORUM fulgidissima cohors, præsentia vestra actus disputerios cohonestate, animos studiis vestris addite, & patulas disquisitio.
nibus nostris aures præbete.

Si modo cor unum fuerit, si Spiritus unus,
Tunc DEUS in nobis TRINUS & UNUS erit.

PP. Ipsa Dominica XIV. post Trinitatis A. 1685.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736014721/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014721/phys_0011)

DFG

Loquatur ipius Serenissimi AUGUSTI autographon
 unter den Theologen in diesem Land/ und an andern
 giebt leider die Erfahrung. Und ob ich wohl gehoffet, es
 irgends Mittel geschickt oder gegeben haben/ so hat man
 zu Altenburg wohl gesehen / was für eine Einigkeit
 Und ob wohl billich eine jede Obrigkeit Schew tragen
 verwirrete Gemüther der Theologen zu wagen/ so habe ic
 sorge/ da von allen Theilen (weil kein Pabst unter uns
 selbst bey Zeiten dren greift/ es würde keine Besserung
 und Nachtheil) so unsre Nachkommen mit Schmerzen
 aufz zugewarten seyn. Spes omnis alia redintegrata
 collabat. Unde idem Serenissimus Concordiae pro
 auff mancherley Meinung gedacht/ so sehen mich doch
 und schier unmöglich an/ einige Einigkeit unter uns/
 Confession seyn wollen/ anzurichten (ob multiplicatio
 alia atque alia corpora doctrinæ Durch welche nich
 macht/ sonderndie Gemüther unter den Theologen ge
 bittet/dass sie je länger je weiter von einander kommen/ u
 ren/ da nicht in Zeiten dawider getrachtet/ das durch
 Verwirrung der Theologen/wir und unsre Nachkomm
 allergrädigst verhüten wolle/ würden in kurzer Zeit zu
 reinen Lehr abgeführt/ und durch solches Gezänck die
 Solchem nun vorzukommen --- Dieweil ich mir
 kan/ auf vorhergehenden Geschichten und Erfahrungen/
 Gott sey es geflaged) durch einig Colloquium oder ander
 einander zu versöhnen/ zu vergleichen/ noch einer den
 hören möchten zu bewegen seyn/ viel weniger einige E
 vermuten/ illud præcipue ad deliberandum fuit. pr
 omnibus unum corpus doctrinæ formari posset ad
 A. C. addicti subscriberent, & ad quod sese confor
 guli adstringerentur. Ita jacta sunt Concordiae ineunda
 sum augustissimus AUGUSTUS anno 1575. Ich suche h
 Einigkeit/ der Lehre und Theologen. Gott verleihe dazu
 Amen. Tandem variis impedimentis difficultatibus
 superatis publicam lucem Ecclesiasticam anno 1580.
 votis desideratissimum, FORMULA CONCORDIAE,
 nullos, Concordiae, B. Luthero qvondam fatali, die, utri
 ad diem 25. Junii, qvo ante annos qvinqaginta, & ipsa



the scale towards document

einigkeit
 zwircket/
 rr Gott
 colloqvo
 ereigner.
 unter die
 die Vor
 keit niche
 Schaden
 en/ dar
 lize de
 lich wohl
 si schwer/
 argischen
 s. varias
 e irre ge
 also ver
 zubefah
 rung und
 ch Gott
 von der
 müssen.
 machen
 en (leider
 sich mit
 assen zu
 ihnen zu
 non ex
 ai omnes
 s & sin
 Inde rur
 anders den
 und Gnad
 gratiam
 illud tot
 xta non
 alios verò
 stanalm.
 perato.